

Questa nolte è gionto nova sopra Strigonia et li intorno esser uniti et zonti 10 milia hongari con animo di coniongersi con il Turco e a questo da disperation è sta expedito in diligentia monsignor di Corberem persona di conto per intertenirli, et scrito al re di romani provedi a questo. Manda la seritura fata ne la dieta, et questi è risolti mandar per il soccorso e subsidio, qual sia in ordine per mezo luo proximo.

**142\*** *Auxilium quod decretum est contra Turcam a Statibus facit equitum 8000 peditum vero 40 millia de qua summa fit deductio.*

Primo. Regia romanorum Maiestati tenore recessus augustensis remissum est, et pro intertentione artellariae navium aliarumque rerum belli- carum, videlicet Bohemia, Austria, Rabtiberga, facit equites 1168, pedites 2109.

Secundo. De auxilio quod a communibus Statibus consensum est deducuntur equites 626, pedites 3194.

Tertio. Contributio incertarum qui per fiscalem iudicati sunt, et iam diu non prestiterunt contributionis facit equites 398, pedites 2454.

Quarto. Deputati integrum contributionem de novo diligenter reviderunt et relegunt et praeter dictos incertos status subsequenter invenerunt status sequentes quos deduxerunt a contributionibus huius temporis a quibus contributionis ex certis causis ab ipsis introductis nisi illis antea pro cesarea maiestate provideatur, videlicet archiepiscopus Bremensis una cum civitate conqueritur de inobedientia civitas ac de aliis qui omnino a sua reverendissima dominatione desaverunt si igitur iterum restituatur est paratus dare suam contributionem pedites 300, equites 72.

Episcopus Invildesaym promilit si ars suaे ci- vatis terra ac subditi ipsi restituentur velit esse in contributione obediens, facit equites 28, pedites 56.

Episcopus curcensis . . .	equites 10	pedites 28
Episcopus basiliensis . . .	» 14	» 83
Episcopus de Slyrschfeld . . .	» 4	» 18

se oferunt veluti episcopus Invildeshaim.

Camaricensis pedites 154, equites 44.

Monasterium Alfed di me meditum est pedi- tes 4, equites 8.

Abbas Sancti Egidii Nurimberge pedites 26, equites 2.

Abbas in Atenach pedites 30, equites 4.

Comen . . . in Zolleta propter paupertatem remissio huius contribuitonis facta est. equites 12, pedites 62.

Dantzgam pedites 350.

Eblingem pedites 164.

Summa equitum facit 194, peditum 1346.

Quinto. Sunt aliquot status quemadmodum Cesarae Maiestatis fiscalis indicat quod nihil omnino habent deducuntur equites 52, pedites 436.

Summa summarum totius deductionis equitum 2430, peditum 10484.

Et cum talis deductio ab integra summa deducitur supersunt adhuc equites 5570, pedites 29516.

Summa totius tam equitum quam peditum facit 25086.

In huiusmodi certam contributionem quoque connumerati sunt electores et principes qui protesta- ti sunt contra hoc auxilium si quidem comunes status non aliud sperare possunt quam quod in hoc tam christiano opere non segregabuntur a reliquis statibus imperii videlicet Nurimberga, Augusta, Francordia, Vinschaim et Schirebisch Hal in hoc auxilium consenserunt itidem spetatur a reliquis.

**Exemplum unius capituli litterarum episcopi 143  
Segnensis ad reverendissimum Cardinalem  
Campegium legatum in Germania.**

Noverit reverendissima dominatio vestra qua- liter in regno Hungariae singulis diebus tot mutationes mala contingunt quod numquam similia fuerint. Primo Joannes rex obsidet castrum Visograd quod est in ripa Danubii. Duo enim sunt ibi castra unum est in monte, natura munitissimo, ubi corona servari consueverat et nunc Johannes possidet, aliud est in pede ipsius montis in ripa Danubii Vu- zmar vocatum et nunc habet regia Maiestas Ferdi- nandi quod castrum nunc obsidetur. Acceperunt igitur ipsi Johanniti sex naves Nazad vocatas a nostris subtus castrum, et iam unam partem castri possident nec nostri nisi in una turri forciori ma- nent et nisi adiutati fuerint ibi diutius se tenere non poterunt. Item obsedit castrum quem Cibar appellat; hoc castrum est valde forte et inter utilissima regni castra, quod fuit relictae condam pallatini quae nunc nupsit domino Ludovico Petri tot castrum primo proditorie accepit Bathor Andreas qui esse videtur tenere partes regias sicut præfatus domi- nus Ludovicus Cibar vero postquam est in manibus præfati Bathor Andreeae illam obsedit tamquam